Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in nube. Et dedit illi cor ad percipiendum et legem
vite et discipline. ℣ Liber Sapie.
Sapientiam omnium antiquorum exquirit sapiens. et in prophetis vacabit. et in
versutias parabolarum similitudinum introibit. Occulta proverbiorum exquirit. et in abscondita pa
rabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit. et in conspectu principis apparebit. et in terra alienarum gentium pertransiet.
Bona enim et mala in hominibus tentabit. ℣
℣ Beatus vir qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit. ℣
℣ Dedit dominus confitentem. et postea de uno pontifice. Oratio.
In illo tempore. Dixit dominus discipulis suis. Nichil opertum
quod non revelabitur. et occultum quod non scietur. Quod
dico vobis in tenebris dicite in lumine. et quod
in aure audistis predicate super tecta. Et nolite ti
mere eos qui occidunt corpus. animam autem non
possunt occidere. sed potius timete eum qui
potest et animam et corpus perdere in gehenna.
Nonne duo passeres asse veneunt. et unus ex
illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri